



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

An militare liceat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVÆSTIO I.

Qua militibus mandatur?

Militia  
permissa.

§. 1. Milites vocat Syrus a stratia, vbi notat glossa Syriaca מן לטורין à lingua Ieuana, vt & in voce ἀστράτιον, quam Syrus retinet.

Concors Patrum & Interpretum sententia est, militiam non vetari, non enim sacramento soluit Ioannes militem, sed leges militandi præscribit, de his Matth. 8. 10. ex August. l. 2. contra Faustum. c. 74.

§. 2. Primum mandatum est neminem concussuris. Non agit de verberatione, quamuis id quoq; militibus frequens est peccatum, sed dicitur *μηδὲνα διασείσητε, neminem concussuris.* *σελεῖν* est concutere, terræ motibus proprium est. *σεισμοί* enim vocantur. Dicuntur & illi *σεῖσθου*, quorum spes & fortunæ concutiuntur. Est etiam idem quod calumniari, auctoritate, & potentia terreti, per magistratus vexare magistratus muneribus corrumpere. At quomodo id in milites conuenit, qui gladio, non iuris prætextu opprimunt, iam dicam, Concussio est terror iniectione extorquendæ pecuniæ, vel rei alterius causâ. Cuiusmodi, alijque.

§. 3. Manifestus itaque error Beza est. [Vulgata, Calumniam facite: quod certe potius rogata, quam armatæ militiæ conuenit. Ego vero existimo *διασεισέτω* ad vim manifestam, *συνοφαστέτω* ad rapinas cæterasq; fraudulentas potius quam manifeste violentas iniurias referri, sicut apud Hebræos distinguuntur *חַלְסָה* & *חַשְׁחָה* *halsah*.

Nihil est armatâ & in pacato quiescente militiâ calumniosius. Apertæ rapinæ vix in vsu erant, nouæ igitur artes exquirendæ. Nec militiæ grauis Germanis erat, tempore Variarum cladis, sed calumnia; itaque in caudicibus præcipue sauebatur, & lingua insultabant, Vipera etiam nunc sibila. Erant autem illa in militibus pleraque.

§. 4. Porro quid sit concussio, Leges nos docebunt, haud paulo sinceriores antiquitatis custodes, quam Beza. Est vero titulus 13. p. libr. 47. de concussionibus. Si simulato presidio iussu concussio interuenit, ablatum eiusmodi errore restitui præses prouinciæ iubet, & delictum coercet, ita Vlpianus l. 5. opinionum.

Et Concussionis iudicium publicum non est. Sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex senatusconsultis, quibus pena legis Corneliæ reneri iubetur, qui in accusationem innocentium coierint, quique ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam accepit. Vt habet Macer. l. 1. iudiciorum publicorum.

§. 5. Contentos stipendijs *ἀσπίδων* esse iubet, non modo rapinas vetat, sed etiam iniquas præmiorum flagitationes, quæ per bella ciuilia inualuerant, adeo vt orbis possessiones magna parte mutarentur. Talis erat lex Aureliani ad Vopiscum Tribunum Si vis tributus esse, imo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pulchrum alienum rapiat: ouem nemo contingat: vnam nullus auferat: segetem nemo detrahat: oleum, sal, lignum nemo exigat: annonam suam quisque contentus sit: de præda hostium, non de lacrymis prouincialium habeat arma: ceruicæ sine ferramenta Samiata, calcamenta fortia, vestis noua veste veterem excludat, stipendium in balneo, non in popina habeat, eorum quem brachialem & annulum opponat, equum saginarium suum defricet: mulum centuriatum comiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: à medicis gratis curentur: aruspiciibus nihil dent: in hospitij castro se agant: qui litrem fecerit, vapulet. Hæc disciplina vim apertam coercet, qua prohibiti milites ad calumnias & concussiones se conuertebant.

Leges  
militares.

QVÆSTIO II.

An militare liceat?

§. 1. Perique militiam licitam esse ex hoc loco probant, non enim soluit eos Ioannes sacramento, sed modestiam præscribit vt dixi. Si enim militiam ipsa damnabilis esset arma ponere iussisset. Errant igitur Anabaptistæ, cæteri que, de quorum errore egit, 10. Polit. c. 3. §. Patres omnes excepto Tertulliano, cuius inter cætera etiam hoc paradoxon est, qui bello iusto militare permittunt. August. serm. 19. de verbis Domini. & l. 22. c. 74. & c. 75. Quibus & ius Canonicum vitur 23. q. 1. c. Militare & c. qui culpatur. Amb. de officijs. l. 1. cap. 27. & 29. & 40. & 41. Ius est enim principi sua repetendi August. l. 19. de ciuit. ca. 19. Arist. l. 7. polit. c. 14. & 15. Vide D. Thom. 2. 2. q. 88. & Bernard. serm. ad milites templi, serm. 3. & mea Politica l. 10. c. 3.

Satis superque de bello veteres disputant, sed omnia Erasumus reuocat in dubium, cuius est error hoc loco conspicuus. [Mibi non admodum probatur, quod quidam ex hoc loco probare nituntur bellum, quasi vero Ioannes hæc dixerit Christianis, ac non potius ethnicis, aut certe profanissimis Iudæis, liquet, me Iudæi meruerunt vnquam sub ethnicis: aut hoc gerit, vt præscriberet cuiusmodi deberent esse milites, & non illud potius, vt qui pessimi erant, inciperent esse minus mali. Notat id eleganter Theophylactus, Turbas, inquit, hortatur vt aliquid boni faciant, hoc est, sua impartiant, Publicanos autem ac milites resistant à malis. Neque enim capaces illi erant, neque bonum quippiam facere poterant, sed sufficiebat eis, non facere malum. Ita Theophylactus. Miles enim qui spoliari iniuste ne miles quidem bonus est, tantum abest vt sit vir bonus. Sic enim vndiq; præparabat viam Domini. Alio qui qui potuisset Ioannes ab illis extorquere militiam, cum Christus à Iudæis non extorsit cæremonas & superstitionem Mosaicæ legis, & hominum constituta iugula? Quis negat Iudæis permissum fuisse bellum? sed ipsos, quibus permissum fuit odium inimici. Bellasse Iudæos legimus, stipendijs mercede sub alienis ducibus non legimus. Bellabant Iudæi, sed iussu Numinis. An ob id volumus Christianos contra Christum belligari? imo ferrum & lanicam habere venalem. Gregorius negotiationem inter artes ponit, ad quas à baptismo non sit fas redire, & nos homines facinorosos, qui quauis mercede pellecti, aduolant ad bellum & cadem Christianorum, imo si desit condudtor, vltro erumpunt, inter Christianos habemus, & hos Enangelico patrocinio tue maris. Neque vero me fugit, quid hic disputet Augustinus, cum alias, tum aduersus Faustum: Sed fas esse putat, Christi & Apostolorum doctrinam anteponeat Augustini sententiæ. Nectamè ille probat hoc bellorum genus, quibus sine fine collidimur. Pro publica Christianorum pace tendenda, Cæsari, Cæsarisq; præfatis concedit arma. Verum hæc non est purissima pars corporis Christi. Religiosus erat id temporis Imperator, quisquis non opprimeret ecclesiâ, & alicubi faueret. Nunc belligerantur episcopi, nec aliud fere quam belligerantur. Ambrosius libro de viduis, palam declarat, quibus armis vellet esse in structos sacerdotes & pure Christianos. Arma, inquit, Ecclesiæ fides est: arma Ecclesiæ oratio est, quæ aduersarium vincit. Atque inibi Ecclesiæ autem non armis secularibus vincit aduersarias potestas, sed armis spiritualibus, quæ sunt fortia Deo. Sit igitur bellum, si videtur inter necessaria mala, si modo legitimum sit. Nec est necesse, vt hoc ius ex euangelij præscriptis reperamus. Sed hæc de rebus alijs dabitur dicendi locus.

Respondeo. Christianis non dixit, sed Iudæis & Eth-

ADAMI  
+ EUGENI

nicis. Quia tamen illis licitum est non prohibetur nobis. Si enim illis permissum est bellum, natura sua non est malum: cum vero nulla lege singulari, bello Christianis interdicitur, non sumus alia lege attingendi. Leges enim iudiciales & ceremoniales non habentur quae bellum vetent, naturales permittunt, & aliquando imperant.

Ar. Ioannes tantum hoc agit, vt milites sint iusti, ut mali neq. vt bonum agant, sed ne faciant malum. Iam vero Ioannes magnum imperat bonum; contra esse stipendijs. Non hortatur ad Eleemosynas, quia vulgus militum non abundare consueuerat, & si quid superesse videretur, ad incertissimos belli casus reservari poterat.

Porro Ioann. s. veram iustitiae viam etiam milites debent, sicut & publicanos. Nō modo vt minus essent mali, sed vt populus perfectus Domino. Nec docuit modo: sed etiam obnuuit. Publicani enim & mercatores precesserunt Phariseos in regnum celorum. Perperam igitur de Ioanne sentiunt, qui eum milites officij non admonuisse dicunt. An ille, qui in regem tam liber fuit, non moneret milites? Et milites ad poenitentiam paratos, viam aeternae vitae in quientes? Non paruo sane crimine se obstrinxisset, si sincere rogantibus non indicasset eos damnabili in statu versari.

Ar. factis esse minus malos. Non ignoto multum illum boni agere, qui nihil facit mali. Et recte dixisse Horatium.

Sapientia prima est

Stimulā caruisse.

Non tamen hoc in milites conuenit. Si enim militis est damnata, si omne praelium est homicidium, non oportuit de fraude, & praeda eos monere, sed de calibus. Furari praestat, quam occidere. Quod grauius est, primo cauendum est. Latronem a crudelitate abducas, deinde rapinas dissuade.

§. 3. Iudais permissum erat bellum, inquit, quia odium inimici. Odium inimici permissum non erat, sed imperatus amor, qua de re Matth. c. 5. egi. Bellum contra hostes est permissum, non concessum odium. Odium inquam hominum; nam odisse causam possunt, & hostium scelera abominari. Hostis sine odio cadendus est. Vbi etiam in iusto bello occidisse laudis est, odisse criminis est.

Parum res Christianas nouit, qui nescit, iudicem sine odio torquere fontes, & regem legitimo caritatis ordine persequi, & perdere publicos hostes. Non enim est odium sed iustitia, occidere nocentem, ne ille occidat innocentem.

§. 4. Queritur nunc belligerare Episcopos: Respondeo, Iusto credo, & sententia, non manu: & si forte manu: si id vel subditorum salus, quae alia manu defendi non potest, vel propria necessitas exigat, peccat ille qui ad haec facere orem cogit, non qui naturae iure se inculpate defendit.

VERSUS 15.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus.

QUESTIO I.

Quo populi sententia.

Existimabat, & cogitabat, ne forte esset Christus. Vita sanctitas suadebat, sed anticipata saeculari Christi pompa opinio dubios reddebat: tamen solvere quæsti. nem poterunt: non erat

enim ex tribu Iuda, sed stirpe Aaron. Ioannes ideo se negat esse Christum, quod in aqua ipse ar Christus in Spiritu sancto baptizaturus sit, & in Sancto, non est apud August. l. 2. de consensu Euang. Accedebat ad hanc opinionem quod baptizaret, sic enim facturum Messiam ex Ezech. 36. 25. dixerant.

§. 2. Existimandi verbum omnino hoc loco absurdum Beza iudicat, ipse vertit: [Expectante, neor. dicitur res. Id est, quum populus in expectatione esset, animis videlicet magna spei plenis in Ioannem respiciens. Sic enim posuit sententia vt hanc vocem explicemus, quum praesens Ioannes adisset: ac si nostro idioma dicat illi attendit a se han, vt optime vertit Syrus interpres per verbum ܐܘܪܘܫܐܝܡܐ, sebar, quod significat etiam sperare, idque expresso Ioannis ipsius nomine. Vulgata, Existimante, quae significatio etiam verbo etiam illi Syriaco, vt diximus supra 2. 14. 5. vt & Graeco ܐܘܪܘܫܐܝܡܐ interdum conuenit, tamen hoc loco profus est absurda: etiam si Existimare, pro Apud se aliquid pendere, accipias.]

Nihil aliud hic requiro, quam probationem. Existimare enim est considerare, ne forte sit ille Christus. Minus conuenit quod ille habet. Expectare ne forte sit Christus. Ambrosius legit existimante, imo explicat, siue vilo absurdo. Quid autem ineptius quam quod si quis in alio estimatur, in seipso esse non creditur? Quem per mulierem venturum putabant per virginem venisse non credunt.

Syrus ܐܘܪܘܫܐܝܡܐ masbar expectaret, existimaret, nam est intelligere, cogitare, i. Reg. 3. 2. Reg. 12. Frequentissime putare. Hinc ܐܘܪܘܫܐܝܡܐ opinio, qua vt ce vtūtur, quem ad modum Latini, cum infirmam attentionem significare volunt.

Hæc in Syra Ecclesia leguntur ad vesperam Dominicae secundae post Epiphaniam.

VERSUS 21.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est calum.

QUESTIO I.

Quo die baptizatus est?

§. 1. TRactauit quaestionem Baronius in apparatu aenaliū, Pererius in Daniele, Tolet. in Ioannem, Soar. 72. in 3. part. disp. 26. Alij permulti ex quorum omnium disputationibus hoc certissimum est omnia incerta esse.

Incertas dies baptizatus est.

Breuiarium Romanum aduentum Magorum, baptismum in eundem diem confert, antiphona ad Magnificat: quod facile defendi potest, & magnos habet auctores. Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie stella Magos duxit ad praeseptum: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias. Hodie in Iordane à Ioanne Christus baptizari voluit, vt saluaret nos.

§. 2. De nuptijs admodum dubito. Nam cum id fuerit primum miraculum, oporteret à baptismo integro anno Christum nullum miraculum fecisse. Quod vix credibile est. Ratio est nisi fallor certa eorum sententia, qui in eundem diem miracula referunt Ioannis baptismus non nisi annum & paulo amplius durauit, vt docet Soarez de ætate Ioannis. Si igitur die sexto Ianuarij Christus baptizatus est, ab illo die sexto vsq. ad annum sequentem Ioannes baptizauit, Christus cum Christus nec primus fuerit, nec vltimus, qui baptizatus est, sequitur Ioannem aliquanto diutius, anno sine quam per annum baptizasse. Imo vero multo diutius. Quia adhuc multo tempore post nuptias baptizauit. Nam postquã collegit discipulos Ioannis 1. 50.

die